UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Eucherius Epis. S. Sadoth. Epis. S. Eustochium. V. 20. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. S. Eucherius Aureliani Epiſ. à Carolo Martello pulſus, Coloniæ vixit, ſed exilium ſancti viri Deus ſeuere caſtigavit. Si quidem ipſe Carolus defunctus è ſuomet ſepulchro exulare iuſſus, vacuum draconi hoſpiti habitandum reliquit, quod tum demum Eucherio creditum eſt cum ſepulchrum apertum veritatem videntibus detexit.

2. B. Sadoth Epiſcopus multis fidei Chriſtianæ author, & eiuſdem profitendæ ad mortem fortis fuit exhortator. Itaque beata in Legione MM. cum 128. de clero, tanquam magiſtratu, glorioſus ſub Sapore Rege Martyr eſt Cælum inuectus.

3. B. Euſtochium Virgo è Romana nobilitate, cum B. Paula, matre apud Præſepe Bethlemi Virginitatis ſtudio vitam mortemque ornauit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Eucherius Epiſ. S. Sadoth. Epiſ.
S. Euſtochium. V. 20. Feb.

Attentio in Oratione.

Suaviſſima orationis harmonia, quando vox animo conſonat. Laur. *Iuſtinianus*

Preces, quas tibi Domine offe rimus intercedenre B. Eucherio Epiſ. (S. Sadoth Epiſ: S. Euſtochio V. tua) Clementer intende: & propugnatores fidei ſub tua profectione cuſtodi. Per D. N. Ieſum Chr: &c.

Ora pro Cleri reformatione, &